

**Fasciculum observationum medico-practicarum pro licentia gradum
doctoris medicinae ... / defendet Fridericus Augustus Roeber.**

Contributors

Röber, Friedrich August, 1765-1827.
Université de Strasbourg.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Argentorati : E Prelo Dannbachiano, 1787.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ga85qzrg>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





FASCICULUM
OBSERVATIONUM
MEDICO-PRACTICARUM
PRO LICENTIA
ADUM DOCTORIS MEDICINAE

AB

MA UNIVERSITATE ARGENTINENSI
OBTINENDI SOLENNITER DEFENDET
FREDERICUS AUGUSTUS ROEBER
DRESDENSIS.

XXV. SEPT. ANNI MDCCLXXXVII.

ARGENTORATI

EX PRESSU DANNEBACHIANO.

PARTICULARIUM

ORATIONUM

EDICIO PRACTICARUM

PRO LICENTIA

AD DOCTORIS MEDICINAE

AB

MA. UNIVERSITATE ARGENTINENSIS

OSTINENDI SOLENNITER DEBENT

EDICIO AUGUSTUS ROEBER

DRESDENSIS

XXV. SEPT. ANNI MDCCXXXVII

ARGENTINENSIS

IN PUBL. UNIVERSITATIS

VIRO
EMPLISSIMO ATQUE EXPERIENTISSIMO
DHANNI JACOBO SPIELMANN
MEDICINAE DOCTORI
ATQUE
PRACTICO MERITISSIMO
NEC NON
OFESSORI PUBLICO ORDINARIO
IN ACADEMIA ARGENTINENSI

*Opusculum hocce in devinctissimi atque gratissimi
animi testimonium consecrat*

Discipulus dedicatissimus,
FRIDERICUS AUGUSTUS ROEBER.

VIRI

PISSIMO ATQUE EXPERIENTISSIMO

MAJINI JACOBO SMITHMANI

MEDICINAE DOCTORI

ATQUE

PRACTICO MIRISSIMO

M.D.C.C.

PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO

IN ACADEMIA ANATOMICA

Quoniam hoc in demum...

et in...

Imprimatur...

LEADERIS...



Praefatio.

*Si quid est praesidii ad omnes res commo-
lius discendas in utriusque quam fere quae-
que ars habet, partis, theoreticae ac prac-
ticae conjunctione: id etiam mihi artem
medicam tractanti, ex quo in ACADEMIA
ARGENTORATENSI commoratus sum, ne
deficeret, prospera fortuna tulit. Cum enim
generi theoretico satis consultum esset in scho-
lis publicis docentium: in altero quoque,
quod in arte ipsa exercenda cernitur, adiu-
tus sum singulari SPIELMANNI Medici ac
professoris in hac Universitate celeberrimi
meritissimi benevolentia, qui, quoties iret
aegrorum lectulos, me comitem sibi adiun-
xit, omniumque in hac re consiliorum con-
sultum fecit.*

HOC DUCE, usque ad finem vitae mihi Venerando, contigit, ut non solum multorum morborum originem, vicissitudines et formas ipsis oculis subjectas cernerem, sed etiam qua ratione versandum esset, in quovis malo curando cognoscerem, essemque certaminis, quo medici ars cum morbo conflictatur, quasi testis.

Quare ad summos in Medicina honores academicos adspiranti mihi, cum ex more institutoque majorum scribendum esset aliquid quo me commendarem VIRIS DOCTISSIMIS, qui eas honores conferunt, visum est, relictis iis, quae solum ad partem theoreticam artis pertinent, materiam aliquam campo experientiae desumere. --- Tradam igitur, quae saltem ipse vidi, quae saltem ipse expertus sum, expositurus de morbis quibusdam, attentione praecipua dignis, quos accuratius inspiciendi copia mihi facta est, per felicem illam, quae mihi cum SPIELMANNO intercessit, consuetudinem. --- Susceptis ita historici partibus, hoc mihi nego-

atque datum esse puto, ut non solum vicissitudines morborum, sed etiam adhibitam curandi rationem, et ut vocant, Epicrisin pathologicam persequar. In quo quidem etiam si nesciam quale ingenii et dexteritatis specimen editurus sim, certe nihil dubitationis mihi residet, me rem non inutilem facturum esse. — Nam nisi satis jam esset exemplum et auctoritas summorum virorum HOFFMANNI, BONNETI, MORGAGNI aliorumque: res ipsa pro se loqueretur.

Nonne enim Theoria artis nostrae est huius generis, ut et origines et incrementa accipiat ab experientia? Quare videtur observationum, omnisque doctrinae, quae a sensibus et experientia ducitur, copiam nunquam satis cumulari posse.

Sed ne diutius in prooemio haeream, ad rem propositam propius accedam.

-
1. *Trismus Podagricus.*
 2. *Haemorrhagia narium chronica lethalis.*
 3. *Scorbutus.*
 4. *Anasarca ab adiapneustia.*
 5. *Cystirrhoea.*
 6. *Epilepsia plethorica.*
 7. *Melaena.*
 8. *Experimenta nonnulla circa methodum cel. CLARE luem veneream tractandi.*
 9. *Singularis juvenis corporis constitutio.*
-
-



I.

TRISMUS ARTHRITICUS.

Vir 67. annos natus, qui olim podagra laboraverat per aliquot jam tempus, praefertim mense Junio anni 1786 dolore vehementi in maxilla inferiore et quidem prope processum condyloideum lateris dextri discruciabatur. Os summo tantum dolore, ac ne vix quidem aperire poterat; musculi vicini semper agitabantur; cum masticatione vexabatur, ita ut nullum esset ducendum, quin *Trismo arthritico SAUVAGESII* ¹⁾ et *Podagra dentium STROBELBERGERI* laboraret. Tandem ulcus formabatur in buccis, quo aperto, purisque bonae notae magna copia emissa, malum inde sublevabatur.

Quoniam ab eo tempore, quo dolor aparuerat, podagra prorsus disparuit, probabile erat, trisimum hunc a materia podagrica ortum esse. Propinquant adeo erant quae contra podagram indicantur ergo; ea nimirum quae resolvunt ²⁾, plethoram

Methodologia methodica. Amstelodami 1763. Cl. IV. Ord. I. Gen. II. sp. 9.

Elémens de médecine pratique de CULLEN traduit de l'Anglois par BOSQUILLON. Paris 1786. §. 502.

imminuunt, tonum vaforum ventriculique qui plurimum in hoc morbo affectus observatur, restaurant. Pillulae igitur sequentes praescribebantur.

Rec. Extr. Cicut. Drachm. duas.

— Aconit. gr. duodec.

Kerm. miner. gr. quindec.

M. f. pill. No. XXX. Sumatur una omni bihorio.

Cum nullus inde perceptus sit fructus, *Aconiti* quantitas adaugebantur, ita ut quavis hora granum unum affumeret. *Opium* porro cum *Kermine minerali* proponebatur, diaetaque frugalis minus nutriens: observabatur enim malum augeri quoties nimios cibos, praesertim duriores difficilis digestionis comederat, quare saepius alvum clysmatibus ducere coactus erat; hanc ergo quo magis laxam haberet, pillulae haecce exhibebantur.

Rec. Sapon. venet. Drachm. duas.

Gum. Amon.

Extr. Hellebor. nigr.

— Aloës hepat. aa. Drachm. un.

M. f. pill. granoram V. Sumantur duo vesperi quatuor mane.

Plethora inde licet imminuta, id quod primum cel. CULLENII³⁾ consilium est, cum nihil adhuc levaminis perciperetur, alterum ut auctoris

³⁾ l. c. §. 544. 559. 577.

hujus experientissimi sequeretur praeceptum, vi-
 ces scilicet erigere, ventriculumque roborare, de-
 coctum *Quassiae* atque *Allium* ordinatum est. At
 pertinax malum omnibus restitit remediis. Repu-
 liabat aeger inoculationem sibi propositam poda-
 grae, ope foccorum instituendam quos gesserat
 podagricus, ut inde omne malum ad pedes, se-
 dem suam magis consuetam, derivaretur. Cum
 iam per totum annum dolorem tulisset aeger, va-
 riaeque remedia absque ullo fere levamine sumfif-
 set, *Opium* iterum sensim aucta quantitate cum
Serme minerali, simulque *jusculum aperiens* ex ama-
 ss cum *millepedibus* et *terra foliata tartari crystal-*
lata praescribatur. Jusculum hocce per sex
 septimanas quotidie haustum, nil opis attulit.
 tum dolore nunc ptyalismus confociabatur, qui
 tum quoties manducaret affecit. Sedem mutasse
 debebatur dolor; ab exteriora ad interiora transla-
 ss, ubi paullo post prope articulationem maxil-
 lum ulcus formabatur, ad quod maturandum
 ius lacte coctae imponebantur. Apertum dein-
 e magnam puris copiam emisit, quo factum est,
 dolores non penitus sublatis, valde tamen mi-
 grati essent. Aluus postea aliquoties ope ecco-
 ticorum ducta, diaeta tenuis commendata, aeger
 e qui a natura optima medicatrice maximum
 auxilium acceperat, dimissus est.

Epigrisis.

Malum omni jure affectionem e causa podagrica nominari posse arbitror. Dolor enim podagricus si pedes manusve, quas plurimum afficit derelinquit, ad alias partes transferri solet.

CULLEN 4) inter affectiones irregulares podagrae speciem habet, quam podagram *male positam* nominat, eamque consueto intestinum rectum atque vesicae urinariae collum afficere ait. Eidem speciei morbum nostrum annumero. Infestabat hic musculus masseterem et quae sunt prope articulationem maxillarum; materies quae alias saepe concreta nodulos format in articulationibus et prope eas, hic fortuito in partem musculosam deponebatur, unde ulcus formatum est, quo maturato pureque emisso, materies quae motum articulationis impediverat atque ptyalismum 5) ductum STENONIANUM irritando creaverat, e corpore extrusa est, aegerque pristinam salutem recuperavit.

4) l. c. §. 525.

5) Vide SAUVAGESIUM l. c. *Class. IX. Ord. III. Gen. XXIII. Sp. X. Ptyalismus arthriticus* MUSGRAVE, *Cap. XI. hist. III. Sputatio arthritica.*

II.

HAEMORRHAGIA NARIUM CHRONICA LETHALIS.

Die 30. Augusti anni 1786 puer undecim annis natus macilentus, haemorrhagia narium re-
 titis vicibus afficiebatur. Primo statim adspectu
 ctus atque crura maculis pulicis morsui simili-
 s; conspersa esse apparuit, aliasque maculas tha-
 ad normam conventionis magnitudinem,
 nique duritiem representantes, musculis gluteis
 ibiae parti anteriori insidere. Paucis post die-
 iterum sanguis e naribus fusus est, qui in
 gulum versus, crassamentum obtulit, parum
 erens, atque coloris lividi subviridis in super-

Maxima tunc lassitudo corporis aegrum in-
 , atque vicens antea et alacer puer, nunc
 llus atque vacillans vix progredi poterat. Uri-
 enuis, livida, foetidissima erat. Pulsus par-
 tardus, cum saepius rediissent haemorrhagiae
 ctum celerior. De genere ac victu aegri ut

dicam: parentibus natus erat minime vale-
 rariis; quatuor porro germani vigentes sani-
 posi erant; domicilium siccum habitabat, at-
 carne, legumine, bonoque vino alebatur.

haemorrhagiae cum pulsu debili, parvo, ma-
 atque lassitudo corporis, nimiam adesse dis-

solutionem sanguinis demonstrabant. Cui ut remedium afferretur *acidum Vitrioli* potui immisceri, dimidiamque unciam *corticis Peruviani* quotidie cum vino acidulo sumi ordinabatur. Cum autem tres unciae *corticis* vim morbi non imminuissent, sequens pharmacum ad ductum SYDENHAMI ⁶⁾ praescriptum est.

Rec. Conserv. Cochl. Unc. unam ac. dimid.

———— Absynth. pont.

Flaved. Aurant. aa. Unc. unam.

Rad. Angel. cond.

Nuc. Mosch. cond. aa. Unc. dimid.

Pulv. Ari compos. Drachm. duas.

Syr. Aurant. q. f.

F. Electuar. d. ad Ollam. Sumatur interdum cochleare parvum.

Hoc bis assumpto, maculae omnes disparuere; haemorrhagiae autem mox unius, mox ambarum narium, omnibus remediis repugnabant. Frustra quantitatem *citreorum* malorum a cel. LINDIO ⁷⁾ laudatorum comedit; frustra varia adstringentia ut *Serum lactis aluminatum* et *aqua martialis* propinabantur, *vitriolumque* aqua dilutum applicabatur. Nec *pediluvia tepida* quibus usus est ut sanguis ad inferiora derivaretur, nonnihil proficiebant; nihilominus enim usque ad mensem Decembrem revertē-

6) *Opera universa. Lugduni Batavorum* 1741. pag. 631.

7) *Traité du Scorbut, Paris* 1756. T. I. p. 259.

poantur aliquoties haemorrhagiae; parciore vero erat
 quam antea sanguinis effluxus. Assumfit nunc
 quotidie unciam dimidiam corticis Peruviani,
 simulque aquam vel martialem vel a spiritu Vitrioli,
 acidulam bibit. Ingruens tandem frigus siccum
 Epistaxi finem imposuit. Ob linguam sordidam
 aliquoties leni cathartico alvus ipsi ducebatur, et
 reconvalescens, salvusque ut videbatur, primis
 Januarii diebus a. c. dimissus est. Humores ut ad
 lebitam consistentiam redigerentur, deperditique
 restituerentur, ciboque non alio nisi facile dige-
 rendo uteretur, saepius gelatinam animaleam (Gé-
 lée) comedere suafum est.

Die 17. Februarii post levem ictum factum est,
 ut haemorrhagiae redirent; erat tamen suspicio,
 illas non tam ab ictu, sed a sanguine potius rur-
 sus dissoluto natas fuisse: nam cum hoc tempo-
 ris spatio medicinam allatam neglexisset, maculae
 quibus jamjam diximus, simul apparuerunt.

Rursus sed frustra in auxilium proponebantur
 omnia jam enarrata remedia; sic et decoctum
 Summitatum Pini, quas clar. CLERC⁸⁾ in dissolu-
 tione sanguinis scorbutica laudat, inaniter adhi-
 cebatur. Aquae martiali nunc et ipse mars sub
 forma pillularum adungebatur. Frequentiores

*Histoire naturelle de l'homme considéré dans l'état de mala-
 die. Paris 1767. Tom. II. p. 138. seq.*

simulque copiosiores evadebant haemorrhagiae, ita ut saepius libram sanguinis adeoque duas in nyct-hemeri spatio perderet. Pulsus semper parvus nunc magis magisque accelerabatur. Pediluvii tepidis, nec non remediis adstringentibus, inspissantibus ac roborantibus uti perrexit. A die primo usque ad 27. Martii intermittebant haemorrhagiae, quo copiosius redirent; tunc accedebant febris, oedema pedum, aepesia, pallor et frigus. Accidit nunc aliquoties ut per quinque imo sex horas continuo stillicidio sanguis exiret, donec serum rubellum, linteamina vix tingens, tantummodo promanaret. In tanto discrimine electuarium hocce ordinabatur

Rec. Conserv. Fumar. Unc. duas.

Cort. Peruv. Unc. un.

Spirit. Cochl. Drachm. dimid.

Syrup. Fumar.

— de Acetof. aa. q. s.

F. Electuar. Sumatur saepius cochleare parvum.

bibit aeger quoque *serum lactis cum alumine*; nec non *Tartarus emeticus* in refracta dosi potui ut immisceretur atque clysmata cum saccharo Thomae applicarentur ordinatum est, scilicet ut alvum laxando, humores ad inferiora derivarentur. At puer viribus omnino destitutus, ut nequidem erecto corpore sedere posset, colore cadaveri similimus, tres ad quinque fere uncias sanguinis,

quem ob tenuitatem hoc nomine vix dignum
 cenferes, quotidie e naribus fudit. In animi de-
 liquio supremas vitae dies egit, donec die 25.
 Martii ultimum spiritum duceret.

Epicrisis.

Qua laboravit aeger *haemorrhagia*, SAUVAGE-
 SII ⁹⁾ illa esse videtur *in Chronicis*, morbusque ma-
 culosus *haemorrhagicus* BEHRENSII ¹⁰⁾.

Omnia quae enarravimus symptomata morbi,
 sanguinis putridum ac dissolutissimum statum in-
 dicabant. Inde maculae, inde haemorrhagiae, in-
 de pallor ac lassitudo. Legimus enim apud HUX-
 HAMIIUM: ¹¹⁾ „In dissolutione ac putredine san-
 guinis, homines subito per summam totius cor-
 poris cutem eruptionem macularum violacei, li-
 vidi aut quoque nigri et coerulei coloris experiri,
 et mox profusa periculosaque interdum immo
 mortifera haemorrhagia corripitur. Petechiae istae
 sicut maculae lividae demonstrant, globulos san-
 guinis dissolutos, ingressos esse telam ullelosam
 rassa exhalantia caeteraque, ubi impacti haeren-
 tes, haecce excitavere phaenomena; quod si in

9) *Nosolog. method. Cl. IX. Ord. I. Gen. I. spec. 6.*

10) BEHRENS *de morbo maculoso haemorrhagico in WERLHO-*
FII operibus medicis cura WICHMANNI. Hannov. 1775.
 pag. 624.

11) *In Operibus physico-mediceis. Lipsiae 1764. Tom. II. Cap. V.*

vasis tenuioris structurae, in superficie quadam corporis laxioris tegmenti accidit, transfunditur sanguis. — En causam *epistaxeos* atque *stomacaces* prae omnibus aliis haemorrhagiis vulgaris.

Aliter sese res habet in haemorrhagiis a plethora ortis; hic enim sanguis in corpore abundans, vasa extendendo et disrumpendo meatum sibi parat: ad curandos ergo hoc morbo laborantes, opus est ut sanguinis quantitas minuatur, alimentaque sint minus nutrientia.

Prorsus contrariam vero requirit methodum medendi haemorrhagia a putrido ac dissoluto sanguine orta. Si quis enim hoc statu venam secaret, mortem sane acceleraret.

Experimenta in hanc rem instituta nos convincunt, dissolutionem qua sanguis laborat, ab acrimonia alcalina praedominante oriri, quae vel miasmata, vel veneno ingurgitato, vel cibis nimis è regno animali desumptis, vel calori excedenti, vel transpirationi suppressae attribuenda est. — Nisi forte transpiratio suppressa fuerit, unde aeger malum sibi acquisivit aliam dissoluti sanguinis causam nominare nescio. Hac enim secretionem suppressa humores fieri acres, alias secretiones turbari, ergo naturam humorum mutari, quotidiana nos docet experientia.

Quod si quid auxilii quaerere cupimus, id fieri debet usu tempestivo et convenienti *acidorum, corticis Peruviani et adstringentium*, quibus natura humorum mutatur; inepte enim foret, si orificia vasorum comprimendo sanguinem retinere stude-remus; maculae enim istae quae eadem ac haemorrhagiae causa efficiuntur, mox numero et magnitudine auferentur, vasaque hic vel illic aperirentur, unde *stomacace, haemoptysis*, aliaque mala timenda essent.

III.

SCORBUTUS.

Die 14. Septembris anni 1786 vetula 65. annos nata omnibus scorbuti symptomatibus vexabatur. Maxima lassitudine afficiebatur, ut vix ac ne vix quidem in lectulo erecta federe posset; facie pallida subtumida erat; gingivae lividae tumidaeque sanguinem fundebant; animam exhalabat foetidam; pectus, femora ac crura maculis partim majoribus, partim minoribus iis similibus quas jam in morbi praecedentis historia descripsimus, conferta erant. Saepius maculae istae locum formamque mutabant; postea grandiorum quaedam in ulcera putrida convertebantur. Pungentem dolorem eumque vagum ad pectus interdum sentiebat. Pulsus ab initio debilis, tardus, intermittens, eruptis ulceribus

frequentior tangebatur. Eodem tempore levi fluxione alvi laborabat, quae antea constipata fuerat. Urina semper livida, foetida.

Domum humidam quidem in qua aegra habitabat, anxias curas quibus diu opprimebatur, neglectamque corporis motionem, non autem cibum durum, crudum, salsumque, causam morbi judicare possumus. Cibo enim e regno vegetabili ac animali desumpto, eoque frugaliter vescabatur.

Stomacace ac maculae, tantae lassitudini conjunctae, dissolutionem sanguinis scorbuticam adesse manifestabant, quam ob causam statim *cortex Peruvianus*, *acidum vitrioli* in potu, herba *Cochleariae* in jusculo carniū ut fumeretur plurimumque vegetabilibus ac paululo vini nutriretur aegra ordinatum est.

Per aliquot temporis spatium his remediis usa, conqueſta est, claviculas, femora ac crura, ulceribus quae ex maculis illis orta erant, foeda esse. Limonadam igitur cum succo *citri* bibi, *citreaque mala* ac *aurantia* edi suafum est, ad quae cel. LIND¹²⁾, KRAMER¹³⁾, atque YVES¹⁴⁾ ut in tutum portum confugerunt. Porro decoctum

12) Loco jam citato.

13) In *medicina castrensi*. Nürnberg 1735. p. 83.

14) Epistola ipsius de hac re, legitur apud LINDIUM l. c. p. 261.

orticus Peruviani cum syrupo *fumariae* atque *spiritu vitrioli acidulatum* praescribatur, quod per octodecim dies sumfit, eo modo ut initio morbi unciam dimidiam, postea autem unciam unam *orticus* quotidie affumeret. Alvus interdum radice *rhabarbari* ducebatur: omnia nunc in meliora cedebant. Maculae, ulcera atque stomacace jam evanuerunt, vires quoque restaurabantur; gingivae adhuc spongiosas ut roborarentur, ope spiritus *chleariae* aqua diluti collui curatum, et paulo post aegra omnino sanata dimissa est.

Epicrisis. ¹⁵⁾

Dubium non est quin aegra scorbuto laboraverit, quod symptomata ejus adfuerant evidentissima, quamquam neque carne falsa, neque cibis durioribus aut difficilioribus digestu, quibus vulgus morbus adscribitur, vesceretur. Scorbutum tamen absque tali victu oriri posse, varia exempla probant, quibus epidemia scorbutica Germanorum in Hungariae castris commorantium praecipue annumeranda est, quos KRAMER ¹⁶⁾, carne

Si quis scorbutum qui ratione incrementi ac symptomatum tantum distingui posse videtur, in varias species dividere vellet, morbo nostro nomen imponat, *scorbuti lividi* atque *petechialis*, secundum NIETZSCH in *theoretisch praktischen Abhandlungen des Scharbocks*. Petersburg 1747.

In *Epistol.* p. 33.

recenti, ciboque facili digestu nutritos esse ait. MEAD ¹⁷⁾ de classe cui ANSON praefectus erat, verba faciens, annotat: classarios scorbutum effugere nequivisse, quamvis carne et aqua bona abundanter nutriti fuissent.

Cibos falsos, durosque acrimoniam humorum efficere posse, neminem negaturum, scorbuti autem contrahendi hanc esse causam sufficientem vix aegre quemquam concessurum esse existimo. Sic nullo prorsus jure scorbutus navigatorum vexamen, fali marino quo ad cibos condiendos utuntur, attribuitur. BARTHOLINUS ¹⁸⁾ enim et LIND ¹⁹⁾ affirmant: se optimo cum fructu in putredine adaucta, atque oedemate pedum scorbuto laborantium, per quatuordecim dies continuatim aqua marina alvum duci curasse.

Majoris momenti esse videtur defectus victus vegetabilis, qui fermentatione, cui in ventriculo obnoxius est, a putredine in quam victus animalis inclinatur, praecavet, eamque avertit.

Causa occasionalis praecipua scorbuti, quam et in aegra nostra invenimus, est transpiratio aëre humido suppressa; accedunt curae animum cor-

17) *Medical Works*, 8vo. *Edinburgh* 1775. pag. 330. ANSON
Voyage au tour du monde, 8. 1764. T. IV. p. 6. et 9.

18) In *Actis Hafniensibus* anni 1673. p. 7.

19) l. c. p. 112.

ousque deicientes, atque neglecta corporis exercitia. Iam OLAUS MAGNUS ²⁰⁾ notavit: domicilia frigida, humida scorbutum progignere, ejusque progressus accelerare posse. Sic SAUVAGE-IUS ²¹⁾ inter principia scorbuti numerat, aërem frigidum simulque humidum, vitam otiosam, pathemata e languore orta, ut moerorem, metum, cibum viscosum sine vegetabilibus.

Quod vero scorbutus navigatores saepissime afficiat, tribuendum est atmosphaerae, quae humidior supra mare quam terram; quieti porro, qua scilicet fruuntur in stratis, paucis ante horis vel pluvia, vel undis fluctuantibus humectatis; praeterea sollicitudinibus, quibus tempestate orto vitae aleam turbantur. MURRAY ²²⁾ commemorat classarios variis piscibus, pane, aqua ac aliis nutrimentis bonis munitos, naves conscendisse: cum vix e portu soluissent, tempestatem humidam, nubilam, ventosam, continentem coortante, unde praeterlapsis nondum sex hebdomadibus, centum et viginti homines in duabus semitantibus navibus scorbuto laborasse. — In obsidione Thorunii anno 1703 aliquot millia Sa-

¹⁾ *Historia de gentibus septentrionalibus*, 1555. p. 118.

²⁾ *Nosol. method.* Cl. X. Ord. V. Gen. XXV.

In *Itinerario* cujus epitomen apud LINDIUM p. 137. legimus.

xonum scorbuto periere, quem coelo tunc in omni Europa humido, nebuloso cui expositi erant, potius attribuere debemus, quam vegetabilium inopia, qua malum ipsorum augebatur quidem, vel curatio saltem distrahebatur.

Exempla ergo commemorata demonstrant, aerem humidum magis quam omne vitium diaetae ad malum progignendum conferre posse. Ab aere humido pori obstruuntur, solida laxantur, transpiratio impeditur: inde acritas humorum, gravitas membrorum, defectus appetentiae ciborum, importunitas, animi dejectio quam fere omnes plus minusue tempore humido sentimus, exoriuntur. SAUVAGESIUS ²³⁾ ait: „Materia
 „ perspirabilis frigore, humiditate, otio, moe-
 „ rore, diaeta crassa supprimitur, corrumpitur,
 „ calefcit; eaque acrimonia singularis putrida est
 „ causa scorbuti.“

Quaeritur quoque possimusne recte nutrir, numque bonum chylum exhibere possint cibi, si aër quem ipsismet in ventriculum haurimus, particulis heterogeneis mixtus sit. Praeter quod aëre humido transpiratio supprimatur, sunt ²⁴⁾ qui existimant, partem aëris circumfusi a corpore absorberi, unde humores vappidi et ad putredinem

²³⁾ l. c.

²⁴⁾ KEIL *tentamina physico medica. Lugd. Batav. 1730. p. 195.*

coni fierent. Hunc humorum nisum ad putredinem demonstrat sanguis venae sectione vel haemorrhagiis e corpore missus, qui ut HUXHAMIIUS¹) monet, "semper quasi ut merum coagululum apparet, cum non ut consueto modo fieri solet, in crassamentum ac serum separatur, sed aequalis semicoagulata remaneat massa, quae plerumque lividi aut obscurioris consueti est coloris, et licet nonnunquam diu florida satis persistet, semper tamen citius putrescit." demonstrat idem anima foetida ac maculae in superficie corporis, quae ut jam antea diximus, tenui ac resoluti sanguini attribuendae sunt; sanguis consueto tenuior si acrior fit, vasa minora corrodit, formatque ulcera putrida sanguinolenta. Lingivae caeteris paribus plurimum putredini innoxiae sunt, quippe quarum vasa minimum detecta, adeoque aëri putredinem semper adauferenti, exposita sunt.

Fluidum nerveum non ut in statu naturali fit, sanguine semiputrigo fecerni posse, luculenter patet; debilitas igitur ac lassitudo corporis animique hinc oritur. Eaque lassitudine afflictus aeger omnem corporis motum negligit; unde morbus, praesertim si aër quem aeger respirat non mutatur, indies augetur. Idem aegrae nostrae accidit,

In capite jam citato, de sanguinis resoluti ac putridi statu.

cujus corpus praeterea jam curis anxiiis morbisque debilitatum erat. Ob neglectum motum corporis, pluribus pedes tumefiunt, antequam morbus magnum incrementum ceperit.

Exinde videmus curationem requirere immutationem humorum corruptorum. Aër ficcus, calidus in quo transpiratio recte fieri potest, cibique facile digestibiles ex animalibus et vegetabilibus mixtis iis praesertim fumti, quibus major aëris fixi copia inest, brevi tempore miserrimum aegrum praesertim si corpus moveatur, animusque hilaris fit, restaurare possunt; qualem felicem eventum morbus memoratus habuit, cujus ex metho- do medendi medicamina, mea quidem sententia, convenientissima perspicui possunt.

IV.

ANASARCA AB ADIAPNEUSTIA.²⁾

Die 28. Septembris anni 1786. iuvenem robustum 16. annos natum *hydrops anasarca* prehendit. Caput non solum ita ut vix oculos aperire posset, intumuit, sed & manus, abdomen, partes genitales atque pedes ad tantum volumen increvere, ut omnibus motibus privaretur aeger. Urinam paucam turpidam misit.— Cum omne

²⁾ vide SAUVAGESII *Nosol. meth. Cl. X. Ord. II. Gen. VI.*

malum sine causa evidenti infra nycthemerum apparuisset, a transpiratione suppressa originem illuxisse persuadebat; quam ob causam *roob Juniperi* cum *syrupo domestico*, simul ac decoctum radicalis *liquiritiae* cum baccis *juniperi* ut assumeretur ordinatum est.

Sequenti die diminuta jam erat anasarca; cutis ad tactum mollior atque humidior. Pulsus antea parvus, celer, nunc magnus tardusque erat. Continuata fuere eadem remedia. Die 30. Sept. tumor capitis, extremitatum, scrotique prorsus fere evanuerat; abdomen tantummodo malleorumque regio in pedibus erat inflata. Pillulas e *resinae Jappae* granis XV. & *Kermes mineralis* granis VII. per duos dies assumfit. Frequentissime inde alius succébat; tumor subito evanuit, ita ut juvenis, sexto morbi die optime restauratus esset. Ad reddendum visceribus robur, infusum radicis *Mei* bis adhuc mane hausit.

Epicrisis.

Inter tot quos transpiratio suppressa progignit morbos, *anasarca* non rarissimus est. Inuadit robustos optima valetudine gaudentes, ut nostri exemplum probat, praecipue autem istos, qui morbo exanthematico, ut v. c. morbillis antea laboraverant; cujus exemplum aliquoties in Bre-

photrophio civitatis hujus videre mihi licuit, cum infantes citius post morbillos aëri se exposuissent. Poros apertos, laxiores constringit clauditque aër, praesertim si ex majori spatio in minus coërcitus in corpus sudans agit. Retinetur ergo transpiratio, & nisi alia postea augeatur excretio, ut v. g. urinae qua humores exsuperantes sanguinique nocivi e corpore mittuntur, necesse est ut loco quodam se accumulent, id quod saepius in tela cellulosa cutis accidit.

Non mirum ergo est, si post refrigeratum caput, corpus univèrsum intumescit, cum tela cellulosa cutis ubique inter se connexa sit, & sicuti fungus hac parte imbutum humidum, alteri communicet.

Conveniunt itaque omnia sudorem urinamque promoventia; indicantur purgantia ac resolventia, haec quia facillime ob retentam secretionem circulatio turbatur unde obstructions oriri possunt.

Morbus ut quodcunque malum a transpiratione suppressa ortum, sudore, urina, ac sedibus iudicatur.

V.

CYSTIRRHOEA.

Vir 50. annorum temperamenti sanguineo-melancholici, vitam sedentariam agens, qui olim

haemorrhoidibus laboraverat, nec non multis ex-
 uciatus fuerat salivationibus mercurialibus, per
 quot jam annos stranguria vehementissima infe-
 rebatur.

Is die 10. Januarii a. c. urinam muco subal-
 do gelatinoso mixtam mittebat, quae cum ali-
 quamdiu stetisset, sedimentum deponebat tenax
 glutinosum tractile, nunc majore, nunc minore
 quantitate, ita ut saepe tertiam partem emissae
 urinae expleret. Diu noctuque torquebatur aeger,
 somnium enim vix praeteribat, quin urinam
 cum doloribus vehementissimis mittere cogeretur.
 Pusillum habebat paruum, debilem, consueto paullo
 frequentiore. Lingua limo subflavo spissiore ob-
 dita erat. Mutabatur tandem morbus in hydro-
 nem omnibus remediis repugnantem.

Dubia causa morbi fuisset, sitne luis venereae
 olim infectus erat reliqui quoddam, ut cre-
 derant medici antea vocati, an lithiasis, an
 rheumatismus, nisi aeger antequam hoc morbo
 acceretur, se haemorrhoidibus laborasse edixisset.
 Hinc ergo malum fluxui haemorrhoidali retro-
 sso, atque ad vesicam derivato attributum est.

igitur ut haemorrhoidum causae, obstructioni-
 scilicet, aut impedito sanguinis in vena por-
 transitui obueniretur, *sapo Venetus cum Kerme*
nerali praescripta sunt, simul lenia diuretica ut

roob baccaeque Juniperi atque *Uva Ursi*: verendum enim erat ne sedimentum urinae tenax, grumosum, nisi dilutum educeretur, se coagulet, novumque malum adducat. His usus per aliquot dies, majorem quidem emittebat quantitatem urinae, stranguria autem non minuebatur. Tunc *lac* in urethram iniici, atque aluum *Manna* duci iussum. Accidit nunc cum ob linguam fordidissimam ac squallidissimam, aluus aegri aliquoties continuatim evacueretur, ut dolores inde valde mitigarentur atque sedimentum urinae minueretur. Pillularum saponacearum usus continuatus est, atque *serum lactis cum syrupo florum persicorum* alternatim cum decocto *radicis althaeae* interdium inhauriebat, ut ex illo aliquoties defurgeret. Nocte 23. Februarii improvise gravissima stranguria rursus cruciabatur, urina uti praecedenti tempore sedimentum jamiam descriptum deposuerat; quare iterum *Manna* sub emulsionis forma nec non *Opii* granum unum in duas partes divisum exhibebatur, quod si dolores redirent aliquot horarum intervallo sumat. Sed nil inde mutabatur, dolores nunc atrociores, neque noctu neque diu somnum permittebant. Eccoproticis igitur quae maximum sublevare videbantur, continuavit; ad limum porro evacuandum, qui in vesica haerens & ab urina (quae parca quantitate secreta, longius in vesica commoratur, ergo et acrior fit) disso-

utus cum ipsa educeretur, dolores ut quidem intelligebam, creabat, — *aqua calcis* cum lacte, simulque decoctum diureticum e baccis *Alkekengi*, *Muniperi*, herba *Uvae Ursi*, ac *Melissophylli* ordinatum est. Paullatim diminuebatur nunc sedimentum urinae, quae jam absque ullo incommodo mingebatur.

Ab ultimis Martii diebus usque ad medium Aprilis *jusculum aperiens*, antea descriptum, quotidie bibit, quo lenissime purgabatur, et lingua cordibus quibus semper obducta fuerat, plurimum purificabatur. — Quum jam omnes sperarent eum saene restauratum esse, hem! oedemate pedum corripitur. Omnino patebat ex uno eodemque fonte malum cum praecedentibus manare; quare resolventibus ut *Kermi minerali* ac *sapone veneto* sub forma pillularum continuavit, adspersa massae guttula *olei Therebinthinae* ut inde fiat *saponis chemici* aut *Starkeyani* species. Porro *liquor terrae foliatae Tartari* hoc modo conficiendus praescribatur.

Rec. Aceti vini Libr. unam.

Salis tartari q. s.

ad Saturationem.

adde.

Syrupi Domestici. Unc. un.

D. S. Omni bihorio cochleare.

Decoctum diureticum repetere et iustus est. Urina nunc clarior, fere sine ullo sedimento,

parca tamen copia mittebatur. Mox intumescente abdomine, hydrops ascites formabatur. — Plurimis nunc remediis quae *Auctores Medici experientissimi* commendant, ascites ut tolleretur tentatum est. Adhibebatur igitur *scilla* varia sub forma; *Oxymel Colchicum*; syrupus *Domesticus*; roob *Ebuli* cum *sale Tartari* et pulvere *radicis Jalappae*; *Digitalis purpurea* LINNAEI sub forma decocti atque syrupi, sola atque cum variis jamiam enumeratis mixta; *sapo Venetus* usque ad drachmas duas quotidie; pillulae resolventes ad modum BACHERI; *Tartarus emeticus* in refracta dosi; *cremor Tartari solubilis*; *vinum* cum *alcalinis* et *baccis Juniperi*, et quae sunt alia.

Oleum Olivarum cujus ope cel: MEDIGUS³⁾ aegrotos miserrimos curasse ait, solum ac cum *spiritu salis Ammoniaci* mixtum, bis ac ter de die infricari curavimus sed doleo! frustra. Lotium semper pauca copia missum est. Nimium jam increverat abdomen, quare paracenthesis instituebatur, qua librae triginta sex aquae emissae sunt. Tentabatur tunc *martea* atque *pauxillo vini Rhenani* visceribus robur reddere; ceterum perrexit *pillulis saponaceis*, *Kerme minerali* atque syrupo de *Digitali*. Attamen paullo post abdomen iterum

3) Medicus Sammlung von Beobachtungen aus der Arzneywissenschaft. 2ter Band Seite 569. und folgende.

qua repletum est, quae rursus paracenthesi emit-
tatur.

Die 27. Martii cum prorsus nulla adesset stran-
guria, sanguinem mingebat, quod usque ad pri-
mum Junii gradatim minuta copia accidit. In-
terea ad omne volumen quod antea habuerat ite-
rum pervenit abdomen, unde die 4. Junii tertia
hic punctio facta est; *syrupos tunc scilliticum,*
domesticum, Colchicum, mixtos vario modo
cum *Digitali* continuo deglutivit, sed incassum.
Die 21. Junii pulveris *Digitalis p. L.* grana duo
de die sumfit, quo quidem factum est ut pri-
mo paulo majorem urinae quantitatem mitteret:
sequentibus autem diebus nullus inde effectus,
nisi quod urina sedimentum iterum deponeret,
observabatur. — Doleo sane hicce locorum tan-
tum infelicem fuisse usum *Digitalis p. L.* cujus
virtutem antihydricam WITHERING⁴), tot
templis probare studet. Duorum mensium spatio
quinque hydropicis incassum exhibitam vidi.

Iterum iterumque abdomen maxime inflatum
paracenthesin requirebat. Ufu alterno hujus ali-
que nominatorum medicamentorum continua-
te, donec diem obiret ultimum 14. Julii.

D. Wilhelm Witherings Abhandlung vom rothen Fingerhut.
Aus dem Englischen. Leipzig 1786.

Epicrisis.

Singularem certe hunc morbum quem secundum PARNHAM ⁵⁾ speciei *Cystirrhoeae sympathicae haemorrhoidalis* vel *intestini recti affecti* annumerandum esse censeo, a nemine praeter cel. HOFFMANNUM ⁶⁾ atque LIEUTAUD ⁷⁾ memoratum inveni. Ab affectu praesertim isto quem ⁸⁾ *rarum vesicae* nominat HOFFMANNUS, non multum differre videtur. Morbus caeterum est quem SAUVAGESIUS ⁹⁾, *pyuriam mucosam*, LIEUTAUD ¹⁰⁾ *catarrhum vesicae*, LINNAEUS ¹¹⁾ *glus* nominat. Quoniam olim haemorrhoidibus laboraverat aeger, sanguis antea ex ano emissus, nunc autem ob varias causas retentus, necessario alium meatum sibi parabat. Igitur vasa vesicae, haemorrhoidalibus vasis proxima extendit infarcitque, donec si non nimis magna ibi fuerit quantitas sanguinis, aut vasa vesicae strictiora fuerint, pars

5) vide ejus *dissertationem de Cystirrhoea*, in *Thesauro medico. Edinburgensi novo. Edinburgi et Londini 1785. Tom. 1.*

6) vide ejus *consultat. et responsf. Medic. Cent. II. et III. casus. 84. et 93.*

7) *Précis de médecine pratique, Paris 1760. p. 386.*

8) Est jam citatus casus 93.

9) *Class. IX. Ord. III. Gen. XXVIII. Sp. 6.*

10) l. c.

11) *Genera morborum definita. Upsaliae. 1763. Cl. IX. Ord. IV. 200.*

rosâ vesicam penetret et sicuti ab initio aegro
 ostro contigit, stagnans hoc serum cum sale uri-
 oso coniunctum acrior fiat, atque orificium vesi-
 cæ irritando, vehementissimos producat dolores:
 si autem maior fuerit copia sanguinis irruentis,
 ut vasa vesicæ laxiora, cruor tandem in vesicam
 penetret. — Hoc cum aegro nostro quoque ac-
 ciderit, arguit omnino, nos de sede atque causa
 morbi recte iudicasse. Ceterum rarum non est
 videre apud auctores, post suppressas hæmorrhoi-
 des consuetas, hæmorrhoides vesicæ aut mictum
 cruentum, subvenisse. Tale est exemplum mo-
 rchi cuiusdam, de quo Clar. QUARIN¹²) men-
 tionem facit. Sic omnes qui de mictu cruento
 verba faciunt, inter alias ejus causas, hæmorr-
 hoides suppressas referunt.

Inquiramus nunc in præcipuam hæmorrhoi-
 dum causam, impeditum scilicet sanguinis tran-
 sillum per venam portæ, aut obstructions visce-
 rum abdominalium quæ plurimum ab illo depen-
 dent, et non mirabimur, multos antea hæmor-
 rhoidibus laborantes, tandem hydrope affici, im-
 mo aquarum pondere suffocari.

In statu circulationis impeditæ languorem ac
 irritabilitatem specialem adesse supponimus vasorum

sanguiferorum, atque lymphaticorum, unde haec lympham sibi destinatam minus facile recipiunt, quae itaque in telam cellulofam effunditur.

Nulla ergo datur methodus medendi, nisi quae in obstructionum illarum resolutione consistit. Hocce si fieri potuisset in aegro nostro, non dubito quin Cystirrhoea et Ascites ex una eademque causa proveniens, feliciter curata fuerit. Nam si paracenthesi aquam in abdomine collectam detrahimus, medicinam tantum cito transituram aegro paramus, ut enormis anxietas et metus suffocationis auferatur atque viscera ab aqua relaxata roborari, adeoque medicamenta efficacius in corpus agere possent.

VI.

EPILEPSIA PLETHORICA.

Primis anni 1787 diebus juvenis 14. annorum plethoricus, temperamenti sanguinei cholericus, Epilepsia comprehensus concidit. Parentes, num antea jam eodem, aut alio morbo praesertim exanthematico laborasset interrogati, respondebant, tres circiter ante menses, cum fornaci nimium calefactae se per longum tempus exposuisset, idem accidisse juveni.

Narrata haec et praesertim pulsus magnus, for-

que omne malum plethorae attribuendum esse
 bile indicabant; quam ob causam larga venae
 ctio institui, cibusque minus nutrientibus,
 mesertim e regno vegetabili desumptis vesci or-
 nabatur. Secundo post paroxysmum die *tarta-*
emeticus, ob linguam nimis sordidam adhibe-
 tur. Paucis intermissis diebus pluries alius
 ducebatur. Nihilominus die 5 Februarii re-
 pat malum et cum iterum pulsus magnus du-
 que tangeretur, faciesque sanguine turgida ap-
 teret, secunda vice vena ut secaretur iustum est.
 nc per aliquot dies *aquam Seidschützensen-*
 usit, eo fine, ut humores derivando plethora
 mueretur. Die 10 Februarii iterum sanguis de-
 nebatur. Attamen die 14 eadem qua primum
 paruerat vehementia, revertebatur paroxysmus;
 are eodem die bis sanguis eductus est, et quin-
 die post denuo; pulsus enim rursus plenus
 gnusque erat. Cum octodecim post dies ma-
 nondum rediisset, consilio ut saepius laxan-
 us uteretur; omni bimestri ad minimum usque
 m plethora minui videretur, sanguinem sibi de-
 ui curaret; nimios corporis motus evitaret;
 ue ut antea dictum, vegetabilibus imprimis
 xeretur, dimissus est. Hoc usus consilio hodie
 uc, cum septem et quod excedit inde prae-
 apsi sint menses malo immunis fuit, optima-
 valetudine fruitur.

Epicrisis.

Scimus omnia quae sanguinem caput versus magna copia, ita ut cerebrum irritari possit, pellunt, epilepsiam creare posse.¹³⁾ Videmus plethoricorum faciem sanguine turgere; haemorrhagiarum in ipsis frequentiores esse; ergo non est cur miremur, si calore aucto, vasa cerebralia tenuioris structurae ita extenduntur, atque infarciuntur sanguine, ut cerebro inde compresso convulsiones terribiles exoriantur. Itaque, nisi post crebriores jam insultus, cerebrum majorem acceperit irritabilitatem, omnisque plane curatio superuacanea fuerit, unica superest medendi methodus, ea scilicet, ut causam occasionalem, plethoram dico tollamus.

VII.

MELAENA SEU MORBUS NIGER.

Die 5. Martii a. c. virgo 32. annorum, corporis laxi plethorici, dispositionis hystericae, vitam sedentariam agens, cum aluum per quatuor dies constipatam, ope clysmatis ducere tentaret, faeces excrevit duras, nodosas, sanguine tinctas. Nunquam vero haemorrhoidibus nec externis, nec internis laboraverat. Quatuor ante dies colica flatu-

¹³⁾ TISSOT *Traité de l'Épilepsie*, Paris 1770, Article VIII.

ta se laborasse, quam dejectio materiae subnitae, foetidae, tenuis secuta esse dicebat; a quo tempore aluus nisi per clyisma solueretur, obstructa mansit.

Eodem adhuc die purum sanguinem rubidum proponebat aegra, unde multum viribus defecit.

Omne statim malum vitio systematis venae portae, fedibusque retentis adscribebatur. Pulsus in plenitudine durusque tangebatur primo ut venae raretur adegit. Ad castinam lucem emulsio e *Manna* ordinabatur; tunc per aliquot dies *serum tamarindinum* cum *syrupo florum persicorum*, ut bis terve de die duceretur aluus, bibit.

Die 10 faeces adhuc erant sanguine mixtae; et biduum nunc nihil nisi aquam cum *spiritu violae* acidulatam assumpsit, ut inde vasa, quae in intestinis rupta suspicabamur, constringerentur; aluum quotidie clysmatibus laxam effecit.

Die 13. iterum *Manna* purgabatur. Dejectiones cruentae nunc desierunt, fedesque erant naturales.— Infusum radicis *Rhei* ut viscera roboraretur, aliquoties adhuc bibi ordinatum est; simulque pillulae praescriptae sunt ex *Asa foetida*, *Opio*, quia ut dicebat, saepius globulum in stomachum ascendere, dispepsiam ac dolores circa ventriculum sentiebat. Consilio ut aqua martiali,

lenioribusque purgantibus uteretur, ut aluum semper laxam habeat, die 31 Martii reconualida dimissa est.

Epicrisis.

Eundem morbum HIPPOCRATES¹⁴⁾ *νεύσιν μελαιναν*; HOFFMANNUS¹⁵⁾ *secessum cruentum* atque SAUVAGESIUS¹⁶⁾ *Melaenam vel morbum nigrum* nominat. Exempla huc pertinentia legimus apud cel. HOME¹⁷⁾.

Causa morbi vitium venae portae fuisse videbatur, praesertim cum malo hysterico laboraret aegra. In vena portae stagnans sanguis e vasis in superficie canalis alimentaris disperfis¹⁸⁾, tandem egressa, per anum redditur. Si diutius stagnaverit, semper colorem ferrugineum¹⁹⁾ accipit, quam ob causam varii auctores materiem in hoc morbo excretam pro bile habent; et maxime verosimile est, materiem subnigram, quam aegra antequam aluum obstructam haberet, reddiderat, ejusdem

14) *de Morbis* l. II. p. 486. 48.

15) HOFFMANNI *Medicina rationalis systematica*. Francof. 1738. Tom II. pag. 212.

16) l. c. Cl. IX. Ord. II. Gen. XI.

17) Home klinische Versuche. Leipzig 1781. Seite 134.

18) vide CULLEN in l. c. Tom. II. §. 771. 1029. et 1489. et HOFFMANNI. l. c.

19) confer hic CULLEN mox citatum §. 1029.

naturae fuisse. Simulac enim vasa e quibus materies illa stillaverat a faecibus durioribus magis distenta essent, sanguis naturali suo colore rubidus promanabat.

Prae omnibus ergo plethora minuenda erat; alius laxa servanda, ut obstructions solverentur, atque caveretur, ne faeces duriores vasa irritarent; intestina tandem roboranda.

VIII.

EXPERIMENTA NONNULLA CIRCA METHODUM CEL. CLARE LUEM VENEREAM TRACTANDI.

Mulier 26. annos nata ab infante cui mammam dabat, lue inficiebatur. Primum herpes blifsimulans papillas mammarumprehendit malum, tunc gradatim usque ad partes genitales quas permultis ulceribus quasi circumcludebat, progrediebatur; tandem et fauces, glandulasque axillares etinguinales inde afficiebantur.

Chirurgus cujus opera utebatur aegra, *Mercurium dulcem* frustra adhibuerat; igitur statim *Mercurius sublimatus corrosivus* quem aliis irritus datus, saepe juvasse constat, in diluvio propinabatur; cujus cum grana triginta assumsisset, ulcera in genitalibus ac femoribus evanuerunt quidem, in fau-

cibus autem vix moyebantur. Quare die 20 Aprilis a. c. secundum CLARE ²⁰) infricabatur buccis ter de die granum unum Calomelis.

Die 27. viginti quatuor frictionibus applicatis omne malum disparuerat. Ciebatur salivatio vix sensibilis, quae *pillulis cephalicis* bis adhibitis suppressivebatur; tunc sex adhuc datis hujusmodi frictionibus atque aliquot purgantibus mulier sanata dimittebatur.

Paucis diebus post, honesta mater infantis quinque mensium, cui rusticam nutricem dederat, vehementibus doloribus nocturnis in ossibus, praesertim fronte torquebatur. Hac rectius inspecta exostosis apparebat. Hac in re dubia, utrum e causa venerea sit, e chirurgo cum domo versante quaerebatur, num unquam quid syphilitici in familia reperisset? Non negabat se hodie adhuc maritum lue infectum tractare. Adhibebatur igitur *Mercurius sublimatus corrosivus* in diluvio, cuius cum grana triginta sumisset, omne malum cessit. Decoctum edulcorans bibit et quoties ptyalismus se manifestaret, evacuans sumfit.

Ejus infans enervis atque infirmus, oculos inflammatos, ulceraque in partibus genitalibus habens, inquietus, imprimis noctu misere lamenta-

20) *Méthode nouvelle et facile de guérir la maladie vénérienne traduit de l'anglois, à Londres et à Paris. 1785.*

batur. Difficile sane non erat, naturam morbi infantis cognoscere, cum mater lue laborasset. Cum igitur infans jam ablactatus nutricis ope (quam paucis post delactationem diebus malum quoque comprehenderat) curari non posset, neque anni tempus capram lactantem permetteret, cui Mercurius infricari, ejusque lac infanti praeberi potuisset, iterum in hoc casu desperatissimo ad methodum cel. CLARII confugiebatur, *calomelis* scilicet granum unum bis de die gingivis infricabatur. Ulcera unguento *Cerussae* deligata paulo post disparuere, atque continuatis per quatuor septimanas frictionibus mercurialibus, infans sanus usque ad hunc diem persistit.

Interea mater ophthalmia vehementi afficiebatur, quae cum omni adhibitae methodo antiphlogisticae cedere nollet, omni credo jure, venerea existimabatur. Igitur nunc quoque, quia optimus eventus frictionum istarum in infante patebat, eaedem et in matre, omni quam quis sperare posset, successu, vigesies quater applicabantur. Ptyalismus neque in matre neque infante advenit.

Eodem tempore nutrix, *Mercurii sublimati corrosivi* ope malo liberabatur.

Epicrisis.

Vix convenit meam de methodo doctif. CLARII

morbos venereos tractandi, proferre sententiam, eamque recommendare, cum viri doctiff: atque experientiff. CRUIKSHANK²¹⁾, HUNTER, BUCHAN aliique eam maxime approbaverint, ejusque utilitatem experimentis confirmaverint. Mercurium sanguini citissime certissimeque admiscere tendit auctor, quod vasorum absorbentium ope quibus infricatur citius omnino certiusque fit, quam si ore fumitur, tali enim modo maxima sane pars antequam ad secundas vias venerit, primis jam excernitur: taceam quod multis debilis constitutionis tormina, colicam adeoque diarrhoeam producat.

Non multum differre videtur methodus auctoris ab alia magis consueta, frictione dico *unguento Neapolitano* instituenda. Experientia tamen nos docet, non raro et ab hac tormina atque diarrhoeas causari; caeteroquin eam esse nauseosam atque tardam,--difficultates, quibus aeger eximitur, si methodo CLARII tractatur; nihil enim ingrati haec habet, nisi gustum metallicum.. Gravissimum quod methodo huic absorptionis obiici posset, est salivatio quam multis huic methodo subiectis subvenire videmus. Recte autem monet

21) vide *Réflexions de CRUIKSHANK. in CLARE l. c. pag. 18.*
Virorumque laudatorum epistolas in eodem libro. pag. 146.
et fqq.

auctor²²⁾ tutius esse, levi ptyalismo vel tumori gingiviarum se offerre, quo *Mercurium* cum sanguine intime mixtum esse, certiores fumus; quam periclitari, ne minus forte quam curatio mali requirebat Mercurii consumssemus. Multi praeterea sunt, qui ut auctor²³⁾ profert et e duobus nostris experimentis elucet, nunquam neque ptyalismo neque tumore gingivarum laborant, attamen optime brevi tempore sanescunt.

Experientia me edocuit, frictiones si in labiis, gingivisque instituuntur, rarius ptyalismum excitare quam si buccis applicatur Mercurius. Vasa enim salivam secernentia si frictione irritantur ad functiones suas magis excitantur, quare tunc Mercurii cum sanguine mixti, specifica in glandulas salivales vis, eo facilius peragitur atque ptyalismus creatur. Nihil autem interesse credo inter frictiones in gingivis labiisque institutas, aut inter eas quae in aliis corporis partibus magis usitatis fiunt, nisi quod in illis Mercurius citius vasa absorbentia penetrare possit, cum tegumenta habeant tenuiora.

Quod ad salivationem: uno eodemque certe tempore adveniet, si Mercurium in gingivas labiaque aut in inguina aliasve partes corporis infricaveris.

²²⁾ p. 16.

²³⁾ eadem pagina.

SINGULARIS IUVENIS CORPORIS
CONSTITUTIO.

Proferam adhuc descriptionem iuvenis corporis certe memoria digni. — Natus est cute in universo corpore majus minusve livida. Nasum ac labia purpureo fere colore habet tincta; ungues quasi ferrugineos; linguam perfuscam. Ipsa oculis sclerotica coerulefcentis quid habet. Dentes incifores atque caninos omnes habet duplices, ita ut in seriem anteriorem ac posteriorem dividi possint.

Accidit aliquoties, ut cum optime caeteroquin se habet juvenis, pars quaedam magnitudine floreni in parte capillata capitis prope fontanellam caerulefcat; quam si tangeres, vehementissimos dolores ipsi excitares. Dum haec pars colorem mutat atque dolet, meteorismus quo juvenis semper laborat, diminuitur. Asthmate angustatur fere innato; interdum sanguinem naribus effundit; quinque jam annos natus erat antequam loqui, septimum vero annum agebat, priusquam erecto corpore incedere posset, quamvis neque convulsionibus, neque rachitide distortus sit.

Corpus pro aetate qua gaudet quatuordecim annorum habet parvum, pueri sex annorum

adaequans. Ingenii est tardi, stupidi. Multum
edit, bibitque, bene digerit; sed ut plurimis con-
stitutionem debilem habentibus accidit, tempera-
menti irritabilis atque sensibilis est.

Parentes ipsius robusti, firmi, sanique, quatuor
adhuc aliis natu majoribus ac minoribus gaudent
liberis, omnibus firmae bonaeque corporis consti-
tutionis, colore albo sanoque tinctis. Mortuo
cujus imaginem, cum utero gereret sibi impresse-
rat mater, malum filii attribuit. Quid in re ve-
ri, alius sententiam dicat.

F I N I S.

adhaerere. Ingenii est tardi, stupidi. Multum
... bene dicitur: sed ut ... con-
... habentibus accidit, tempera-
... sensibilibus est.

... ipsius robusti, ... quatuor
... ac minoribus ...
... coloris alba ...
... cum utro gereret ...
... Quod in re ...
... alius sententiam dicat.

F I N I S











